

Cantando puerum memini me condere soles.
 Nunc oblitā mibi tot carmina: vox quoque Mærim
 Jam fugit ipsa: lupi Mærim videre priores.
 55 Sed tamen ista satis referet tibi sæpe Menalcas.
 I. Causando nostros in longum ducis amores:
 Et nunc omne tibi stratū silet æquor, & omnes
 (Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
 Hinc adeo media est nobis via: namque sepulcrum
 60 Incipit apparere Bianoris: hic, ubi densas
 Agricola stringunt frondes, hic, Mæri, canamus:
 Hic hædos deponē, tamen veniemus in urbem:
 Aut si, nox pluviam ne colligat ante, veremur,
 Cantantes licet usque (minus via lædet) eamus.
 65 Cantantes ut eamus, ego hoc te facere levabo.
 M. Define plura, puer: & quod nunc iniat, agamus:
 Carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.

traduxit canendo totos dies, cum essem puer. Nunc tot versus exciderunt mibi: ista etiam vox me desinit: lupi me priores aspexerunt. Atamen Menalcas sat sæpe recitavit ista tibi. I. Differi diu meam voluptatem, querendo varias causas. Aspice, jam tota agna quæta tibi tacet, & omnes sibi ventorum strepitum cessaverunt. Præterea ex hoc loco suspexit nihil tantum media pars via: non tumultus Bianoris incipit apparere: hoc loco, in quo agritale colligunt spissa folia, hoc loco canamus, o Mæri: hoc loco demitte hædos, nihilominus perventurus in urbem: aut si timemus ne nox adducat imbrem, ante quam ad eam pervenerimus, progrediamur, quomodo interim semper canentes: iter minus nos fatigabit. Ut progrediamur canendo, ego te levabo hoc onere. M. Puer, omittite cætera, & faciamus quod jam urget: tum cantantibus commedatis versus, cum Mæricas advenerit.

N O T Æ.

rem, ut ferat arbores; futurum quippe, ut fidere illo favente crescant feliciter, & potererunt commedis serviant. Inferere hic non infitionem significat, qua surculus peregrinus arbori alterius naturæ immittitur; sed simpliciter plantationem arborum; quomodo Columella dixit, *hortos inferere*. Tum quasi deficiente memoria, silet Mæris.
 52. Memini me condere.) Pro condidisse. Sic Cicero ad Att. B. 11. Memini tibi librum afferri a Demetrio, id est, allatum fuisse. Condere, est finire, ad occasum ducere, & quasi sepelire. Quemadmodum dicitur *Æn.* 1. 378. *Ance diem clauso componet Vesper Olympo*; quasi ad sepulcrum componet.
 53. Nunc oblitā mibi.) Duo notanda. I. Oblitā passiva significatione. II. Mibi, pro, a me. Sic *Æn.* 1. 330. *Nulla tuarum audita mihi neque visa sororum*.
 54. Lupi Mærim videre priores.) Dicuntur lupi, sed falso, vocem ei adimere, quem priores confpexerint; perdere vero ipsi confpexi prius; ex Plinio. Hinc, *Lupus in fabula*, proverbium est; quoties colloquēbus supervenit aliquis, de quo sermo erat; is enim tum sua præsentia sermonem amputat loquentibus.
 56. Causando.) Causas & excusationes prætexendo; nempe caducam memoriam, raucedinem, & alia, quæ attulerat Mæris, ne versus cantare cogeretur. Hunc igitur Lycidas variis invitamentis adcantandum pellicit; silenti venti, medium iter confoecimus, &c.
 57. Silet æquor.) Non mare, sed agna Mæris fluvii, qui Mantuum & vicinas regiones alluit; Menæo. Equor enim dicitur de qualibet plantie, sive aquarum, sive camporum. Et vero mare longe in remotum est, *Æn.* 2. 780.
 60. Bianoris.) Oenus idem qui & Tuscorum rex, Tiberis fluvii & Mantus fatidicæ Nymphæ filius, Mantuum de matris nomine condidit. Hujus sepulcrum in via, veterum more: qui ideo sepulcrorum elegia ad viatores dirigit: *Stia viator, Alviator*.
 61. Stringunt frondes.) Stringi dicitur ea, vel quæ strilla manu decerpuntur, ut *G.* 1. 305. *Quernas glandes tum stringere tempus, Et lauri baccas, oleamque, cruentamque myrta*. Vel quæ colliguntur in fasciculum, ut hic, &c. *G.* 1. 347. *Fregit jam stringeret bordea culmo*.

E C L O G A X.

* G A L L U S.

A R G U M E N T U M.

AMABAT Gallus Lycoridem: sprexit hæc illum, ut altam sibi chariorem sequeretur in Rhetiam, aliasque regiones Italiae, sive Gallia togata, quas Rhenus alluit, & Alpes insulant. Gallus abire fingitur, quasi in exilium, repulsæ impatientia: locus exilii statuitur Arcadia, pastoribus nota sedes, postisque Bucolicis, quævis ipse Gallus fuit. Huc amici, huc Dii silvestres, ad scilandum ejus delorem conveniunt. Ille multa de remediis amoris, æque sua sorte diu frustra meditatus, ut amantium ingenium est, iterum ad amorem rediit. Multa hic ex Idyll. Theocriti primo.

Volunt omnes hæc Lycoridem eandem esse cum Cytheride mima, quæ Volumnii Eurypelli, Senatoris nobilissimi, liberta primum, ac deinde M. Antonio sic chara fuit, ut is illam in Italia perustratione per civitates & municipia secum aperta sedica circumferret, trahentibus leonibus, ut Plinius notat l. 8. 16. Id sane si ita est, multis eam necesse est nominibus insignitam; quam & Volumniam ab Antonio vocatam esse Cicero indignatur *Philipp.* 2. 48. Quod autem voluit, iter illud Lycoridis Alpinum & Rhetianum, eam ipsam esse Antonianam perustrationem Italiae, parum certe congruit temporis. Quippe duplex ab Antonio perustrata facta est, eadem comite mima, inquit Cicero, *ibid.* 51. Altera ante pugnam Pharsalicam, ab eo tum tribuno plebis, altera post pugnam, ab eodem tum equitum magistro: hoc est annis, ut minimum, decem ante editionem hujus Eclogæ, quæ postrema omnium scripta fuit, ea tempestate, qua jam Antonius in Oriente cum imperio versabatur. Extremum hæc Arethusa, &c. Ita igitur statuo: aut Lycoridem illam, a Cytheride, sive Volumnia mima diversam esse; aut Galli rivalem, diversam ab Antonio; aut hæc Ecloga exhiberi Gallo prætoriarum amorum historiam, veterumque easum memoriam voluptatis causa revocari, cum Lycoridis fuga multo prius contigisset.

N O T Æ.

GALLUS.) Cneus, vel Publius Cornelius Gallus, nam vario prænomine reperitur: Quibus nominibus cum esset a Valerio Largo, socio & convivore olim suo, accusatus; Angustus huic Gallo ob ingratum & malevolum animum, domo & provinciis suis interdixit. Senatus graviore sententia, multatum bonis, & exilii ignominia notatum eo adegit, ut sua fide manu mortem accereret. Mortuum tamen Gallus Cleopatra & Antonio, redactaque in provincie formam Ægypto, non ausus Cæsar, metu novarum turbarum, copiosam regionem, gentemque levissimam viro nobili committere, tamen eam amico Gallo credere non dubitavit. *Dio.* l. 51.
 At non ita multo post, abusus fortunæ amplitudine, hæbas ob tributa seditionem moventes, aut expilavit, ex *Ammiano* l. 17. aut funditus evertit, ex *Hieronymo* in *Euseb.* Tum cepit in ipsum imperatorem multa interperanter jaculare, præsertim inter poeula. *Dio.* l. 53. *Orat. Trist.* 2. 443. Statuas ubique sibi per Ægyptum erexit, acta sua pyramidibus inscripsit. Quibus nominibus cum esset a Valerio Largo, socio & convivore olim suo, accusatus; Angustus huic Gallo ob ingratum & malevolum animum, domo & provinciis suis interdixit. Senatus graviore sententia, multatum bonis, & exilii ignominia notatum eo adegit, ut sua fide manu mortem accereret. Mortuum tamen Gallus Cleopatra & Antonio, redactaque in provincie formam Ægypto, non ausus Cæsar, metu novarum turbarum, copiosam regionem, gentemque levissimam viro nobili committere, tamen eam amico Gallo credere non dubitavit. *Dio.* l. 51.
 At non ita multo post, abusus fortunæ amplitudine, hæbas ob tributa seditionem moventes, aut expilavit, ex *Ammiano* l. 17. aut funditus evertit, ex *Hieronymo* in *Euseb.* Tum cepit in ipsum imperatorem multa interperanter jaculare, præsertim inter poeula. *Dio.* l. 53. *Orat. Trist.* 2. 443. Statuas ubique sibi per

Aristei fabula subtituta. Quod mihi tamen verisimile non videtur; ita belle Artifici fabula cum reliquis libri partibus & argumento coheret.

Poeta fuit. Scriptis de Lycoride sua, forte elegiaci carmine, libros quatuor: quo in genere Tibullo & Propertio durior fuisse dicitur a Quinto. l. 10. r. Transtulit præterea bucolicis versibus aliquid ex Euphorione, poeta Chalcidensi, ut probamus *Ecl. hac 10. 50. & Ecl. 6. 72.* Perierunt omnia. Illas enim sex elegias, quæ ejus nomine circumferuntur, opus insectum & barbarum, plane constat Maximiani ejusdem esse recentioris nebulonis: ubi præter errores in syllabarum quantitate bene multos, & incertam, minimeque Latinam verborum structuram, accedit illud præterea, quod in illis Gallus senem se proficitur, qui tamen firma adhuc ætate deceffit. *Cynobas, Vossius, &c.* Alia item fragmenta, quæ ab Aldo Manutio juniore reperta Venetiis, & edita sunt, est minus insulsa, tamen omnino supposititia esse evincit Jos. Scaliger in opusculis. In quo peccavit & hoc alterum Manutius, quod Galium hunc Cornelium cum Asinio Gallo Pollionis filio confudit, delusit a veteribus grammaticulis Virgiliana vitæ scriptoribus.

Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem.

Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos,
Doris amara suam non intermiscet undam.
Incipe; sollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attendent simæ virgula capellæ.
Non canimus surdis; respondens omnia silvæ.
Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere, puellæ

INTERPRETATIO.

O Arethusa, permittite mihi hoc ultimum opus. Canendi sunt pauci versus amico meo Gallo, sed quos ipsa Lycoris legat. Quis posset negare versus Gallo? Sic salsa Doris non confundat suas aquas cum tuis, cum fluat subter mare Siculum. Incipe, celsivum anxium amorem Galli, dum capellæ depressis naribus carpunt teneros fructus. Non canimus surdis, sive referunt omnia. Quæ silvæ, aut qui saltus detinere vos, o Nymphæ

NOTE.

1. *Arethusa.*) Fons in insula Ortygia, quæ Siciliae adjacet, & quartam Syraculanæ urbis partem efficit. Alpheus autem Peloponnesi fluvius, postquam in mare defluxit, impermixtas dicitur servare aquas, & continuo lapsu in Ortygiam erumpere, per hunc ipsum fontem Arethusam: idque ex eo probatur, quod projecta in Alpheum in Græcia, per os Arethusæ fontis in Ortygia reddantur. Narrant quoque fabulæ, Alpheum fluvium Arethusæ Nymphæ fuisse amatorem; hanc fugientem, à Diana conversam esse in fontem, eademque fuga subter mare in Ortygiam emeruisse: Alpheum, eodem impetu consecutum, undas ei suas deinde mictuisse, *Æn. 3. 692.* Hunc fontem invocavit Siculum, ut ante *Sirelides Musas*, ab Theocritum Siculum poetam, Bucolicorum principem.

2. *Quæ legat, &c.*) Quæ legat Lycoris, ad pudorem, quod se Gallo tam duram præberit.

3. *Sicanos.*) Siculi sic dicti sunt, vel a Sicano Cyclopi filio, vel a Sicanis Hispaniæ populis, illam in insulam translatis. *Sic. libi.*) *Ecl. 9. 30.*

4. *Doris.*) Oceani & Tethyos filia. Nereo fratris nupta, ex quo Nereides pepe-

rit. Hic fumiur pro amara maris aqua, quæ dulcibus Arethusæ & Alpei aquis non admiscetur.

5. *Quæ nemora, aut, &c.*) Naiades alloquitur poeta, sive Nymphas præfides fontium, qui e Parnasso, Pindo, & Helicone profuunt: easque increpat, quod ad solandum Galli amorem non venerint, tam multis eo advolantibus. Estque tacita quædam ipsius Galli reprehensio, quod fuscis carminum omiserit, ut amori vacaret. De *Naiadibus*, *Ecl. 2. 46.*

6. *Nam neque Pindi, &c.*) Mons in Macedonia, Epiri, & Thessaliæ confinio: unde tribus his regionibus æquo tribuitur. Dicunt quidam eum in Phocidem & Bœotiam usque pertinere: & in Phocide quidem *Parnassum*, in Bœotia *Helicinem*, ac deinde *Citharoneum* vocari. Certe montes illi quatuor, licet in longa spatia diffusi, tamen fere contigui sunt, & perinde Musis dicantur.

7. *Antia Aganippe.*) Bœotia fons, Musis facer, ex Helicone monte, non procul Thebis, in Permessum fluvium defluens. *Antia*, id est Bœotica, ab Aone Neptuni filio. Nota hieriarum vocalium: *Antia Aganippe*. De *myricis*, *Ecl. 4. 2.*

15. *Da-*

10. *Naiades*, indigno cum Gallus amore periret? Nam neque Parnassi vobis juga, nam neque Pindi Ulla moram fecere, neque Aonia Aganippe. Illum etiam lauri, illum etiam flevere myricæ. Pinifer illum etiam sola sub rape jacentem
15. *Mænalus*, & gelidi flevissent saxa Lycai. Stant & oves circum, nostri nec pœnitent illas: Nec te pœniteat pecoris, divine poeta. Et formosus oves ad flumina pavit Adonis. Venit & upilio, tardi venere bubulci:
20. *Uvidus hyberna* venit de glande Mænacas. Omnes, unde amor iste, rogant tibi? Venit Apollo. Galle, quid insanis? inquit: tua cura Lycoris, Perque nives alium, perque horrida castra secuta est. Venit & agrestis capitis Silvanus honore.
25. *Florentes ferulas* & grandia lilia quassans. Pan Deum Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi Sanguineis ebulli baccis minioque rubentem. Equis erit modus? inquit: amor non talia curat. Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina rivis, 30. Nec cytho saturantur apes, nec fronde capellæ. Tristis at ille: Tamen cantabitur, Arcades, inquit,

Mon-
Naiades, cum Gallus deſerret præ amore indigno? Neque enim illa culmina Parnassi aſi Pindi, neque Aganippe Bœotica vos retardaverunt. Illum etiam lauri, illum etiam myricæ ploraverunt. Mænalus etiam abundans pinis, & rapes gelidæ Lycaei ploraverunt illum, stratum sub deſerta rupe. Oves quoque circumſiſſunt, neque contemnunt nos. Nec tu contemnas gregem, o divine poeta: ipſe pulcher Adonis parvit gregem circa ſuavit. Venit quoque cuſtos ovium: omnes petunt, cuſtodes bonum, venit Mænacas mæſafcius e collectione glandium hybernarum. Omnes petunt, unde fit tibi amor ille. Venit Apollo: Galle, ait, cur deſiſtis? Lycoris, amica tua, ſecuta eſt alium per nives, & per caſtra horribilia. Venit quoque Silvanus cum ruſtica corona capitis, quatenus ferulas florentes & magna lilia. Venit Pan Deum Arcadiæ, quem ipſi conſpeximus rubicundum minio & ſanguineis baccis ebulli. Quis erit finis, ait Pan? Amor negligi iſta: nec durus amor ſatiatur ſtetu, nec herbe rivis, nec apes cytho, nec capellæ foliis. At Gallus maſtus ait: Tamen, o Arcades, ſoli docti canere

NOTE.

15. *Mænalus, & c.*) *Mænalus*, & *Lycæus* Arcadiæ montes, Pani sacri. Unde & *Lycæa* festa, ejus in honorem ibi a pastoribus instituta: quæ *Lycæalia* Latinis dicta; inter quos inducta sunt ab Evandro, Arcadiæ rege, cum in Italiam profuissent.

18. *Adonis.*) Filius Cinyræ Cypriorum regis, & Myrrhæ ejus filiz: quem Venus in deliciis habuit. Is dum in *Idalio*, montis Cyprii, nemore venaret, apri dente percussus interiit: a Venere multis lacrymis delictus. Hujus mentionem facit poeta ad Galli solatium, ut is meminert, ne ipsam quidem amoris Deam Venerem in amore felicem. Tum amatores adhibet Deos: Apollinem, qui Daphnem, Panem, qui Syringam, Silvanum, qui Cytharistum amavit qui omnes parum feliciter amaverunt, Daphne in laurum, Syringe in arundinem, Cytharistum in arborem cognominem transformati.

19. *Uplio.*) Pro oplio: o brevi in u longum, metri causa, mutato. Et antiqui opes dixere, quos postea oves.

24. *Silvanus.*) Deus ror dno: dno autem alii silvanum interpretantur, unde silvanus

25. *Ferulas.*) Ferula, planta est affinis feniculo; cujus caulem, levissimum & dura cute munitum, fenes assumebant in baculos; narthec a quibusdam dicitur, *ferule*.

27. *Ebulli baccis.*) Ebullum, de l'hibelle, herba aut virgultum affine sambuco, du *ſureau*.

28. *Minioque.*) Minium, du *vermillon*, materies est fossilis, vel e propriis venis, vel ex argenti vivi sodinis erui solita: præsertim in Hispania; circa fluvium, qui *Minus* appellatur, *Minho*, Gallæciam a Lusitania dividens. Hoc colore simulacra Deorum, Jovis præcipue, lineabantur: Camillus vultu quoque miniato triumphavit.

30. *Nec cytho.*) *Ecl. 1. 79.* De *Arcadibus*

33. *Quam*

Montibus hæc vestris: soli cantare periti
Arcades. O mihi tum quam molliter ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores!
35 Atque utinam ex vobis unus, vestrique fuisset
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor uvæ!
Certe siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
Seu quicumque furor, (quid tum, si fuscus Amyntas?
Et nigra violæ sunt, & vaccinia nigra)
40 Mecum inter salices lenta sub vite jaceret.
Serta mihi Phyllis legeret, cætare Amyntas.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori:
Hic nemus; hic ipso tecum consumerer avo.
Nunc insanus amor dari me Martis in armis
45 Tela inter media atque adversos detinet hostes.
Tu procul a patria (nec sic mihi credere) tantum
Alpinas, ah dura, nives, & frigora Rheni
Me sine sola vides. Ah te ne frigora lædant!
Ah tibi ne teneras glacies fecet aspera plantas!

50 Ibo,

Arcades, tantis hæc vestris montibus. O quam placide tunc quiescant mea ossa, si quondam vestra tibi referat meos amores! & utinam fuisset unus & vobis, aut custos vestri pecoris, aut pator maturorum racemorum. Certe siue amasset Phyllida, siue Amyntam, siue quemcumque alium, (quid referat utrum Amyntas sit niger? & violæ sunt nigrae, & vaccinia nigra) recumberet ille mecum sub vite flexuosa inter salices. Phyllis colligeret mihi flores, Amyntas caneret. O Lycori, sunt hic fontes frigidi & amena prata, & silvæ; hic truduere tecum omnem vitam. Nunc sinitus amor me retinet inter media tela & infestis hostes, in armis feri Martis. Tu, o crudelis, longe a patria (utinam liceat mihi id non credere) sola sine me vides tantummodo nives Alpinas & glaciem Rheni. Ah ne te vulneres gelu! Ah ne glacies acuta tibi vulneret delicatos pedes!

N O T Æ.

33. *Quam molliter ossa &c.*) Superstitiose timebant veteres ne mortuorum corpora superjectæ terræ pondere gravius premerentur: quare levem & contritum pulverem ferè tumulo injiciebant, hæc verborum formula: *si tibi terra levis.*

35. *Seu quicumque furor.*) Amor, in quo sæpe multum dementiæ & furoris est. Et vero ea, quæ sequuntur, speciem habent dementissimi amoris. Namque inops consilii, modo vota facit pro ea, cuius fastidia expertus est: *Adhuc ne te frigora lædant, &c.* modo ad postum & musicam, modo ad silvarum silentium, modo ad venationem, quasi ad totidem amoris diverticula & remedia confugit: mox in forem relapsus, immedicabiles suum esse amorem profertur. De *Phyllide*, Ecl. 3. 76. De *Amynta*, Ecl. 2. 35. De *vacciniis*, Ecl. 2. 18.

44. *Nunc insanus amor, &c.*) Sensus est: Hic, si tibi libere,ambo quieti & securi viveremus; nunc propter duritiem tuam ambo miseri sumus. Amor enim meus cogit me præ desperatione bellicis periculis caput meum exponere, quod ita vile tibi ac despicatum est. Te incertum alienus amor rapit in regiones asperas, alieno tempore, difficili itinere.
46. *Nec sit mihi credere.*) Nec liceat mihi nec possim. Sic *Æn.* 8. 676. *Atia bella carnere erat.* Horat. Epod. 17. 25. *Neque est levare tereta Spiritu precordia.* Hausta è Cæcis fontibus

ejus

30 Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor avena.
Ceram est in silvis, inter spelæa serarum,
Malle pati, tenerisque meos incidere amores
Arboribus: crescent illa, crescentis amores.
55 Interea mixtis lustrabo Mænala Nymphis,
Aut acres venabor apros: non me ulla vetabant
Frigora Parthenios canibus circumdare fontes.
Jam mihi per rupes videor lucosque salutes
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
60 Spicula: tanquam hæc sint nostri medicina furoris,
Aut Deus ille malis hominum mitescere discat.
Jam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite silvæ.
Non istam nostris possunt mutare labores,
65 Nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus,
Sithoniaque nives hyemis subeamus aquosæ:

Nec

Illo, & canam fistula Siculi pastoris ea, quæ versibus tradidit & Chalcidici poeta. Ratum est, me malle pati inter nemora & speluncas belluarum, & meos amores inscribere teneris arboribus; crescent illa, crescentis, o amores. Interea circumbo Mænalam montem cum sociis Nymphis, aut persequar fortes apros; nulla frigora prohibebunt me cingere canibus silvas Parthenii montis. Jam singo mihi, me vocari per montes & nemora resonantia: jurat vibrare arcu Parthico sagittas Cretenses; veluti hæc omnia essent remedium insanie mee, aut quasi ille Deus disceret placari miseris hominum. Nunc iterum neque Hamadryades, neque versus ipsi nobis arident: Valeat iterum, vos ipsa nemora. Nostræ curæ nequeunt sciscitare amorem, ne hic quidem, si media hyeme potaremus aquam Helvi, & toleraremus Thraçtas nives: hyemis humidæ;

N O T Æ.

ejus duo in Alpibus, apud Rhaetos occidentales, & Grigioni. Ostia plurima, quibus in Oceanum influunt. Mirum tamen est, tanta famæ fluvium ad mare non perferre nomen. Nam ubi ad arcem Skinkiam, quæ caput est insulæ Batavia, duas divitas est in partes, Vahallim, & Rhenum, unde *hithoria* appellatur: mox varios deinde scinditur minores in alveos, quorum minimo Rheni permanet nomen; sed is ad Lugdunum Batavorum, *Leiden*, antequam ad Oceanum perveniat, inter arenas exhauritur.

50. *Illo.*) Vagabor hinc atque hinc. Vel abibō hinc, deseram castra, & silvis abditus carmina modulabor. *Chalcis* urbs est Eubæe insulæ, quæ Chalcia quoque vocata est. Eubæa porro Bœotie continenti dicitur olim ad hæsisse; ab ea nunc Euripodis distincta, tam angusto, ut alligando ponte transmissus fuerit. Ex illa insula oriundus Euphorion, Antiocho Magno Syriæ regi percarus, cuiusque bibliothecæ præfessus: poeta nobilis, sed, juxta Ciceronem, obscuro memoratur: ex quibus aliqua Latini versibus expressisse diximus hunc Gallum, Ecl. 6. 72. 51. *Pastoris Siculi.* Theocriti, poetæ Siculi, stylo. Non igitur elegie fuerunt, ut putat Probus: neque enim elegie potuerunt Theocriti stylo componi; sed aliquid bucolici Idyllii affine.

53. *Malle pati.*) Supple, quam Lycori-

da in postero sequi, atque ita deperire. 55. *Mænala.*) Montem Arcadiæ. Ecl. 8. 21. 57. *Parthenios.*) Parthenios item Arcadiæ mons, ubi virgines venari solebant: unde nomen a *parthos* virgo.

59. *Libet Partho, &c.* Species pro genere, arcus Parthicus & sagittæ Cydoniæ, pro quibus arcu & quibuslibet sagittis. Parthi enim & Cydones arte sagittandi celebres: *Æn.* 12. 878. *Parthius prope Cydon telum immedicabile torfit.* De *Partho*, Ecl. 2. 63. *Cydon* urbs fuit in Creta insula. *Cornu* dixit, pro arcu e cornea materia fabricato.

62. *Jam neque Hamadryades.*) De iis Ecl. 2. 46. Hic incipit Gallus remediorum & consiliorum suorum inanitate agnoscere, seque amoris vitam tradere.

63. *Concedite silvæ.*) Idem quod antea dixerat: *Vivite silvæ.*) Ecl. 8. 58.

65. *Hebrumque.*) Fluvium Thraciæ maximum, hodie *Marizza*: arenas olim aureas volentem. In *Ægei* mare insulæ tortus ex Rhodope monte, qui cum *Hemi* parvis subeffusam videatur, ab iis dicitur dicitur Hebrus ex Hemo profuere.

66. *Sithoniaque nives.*) Sithonia pars est Thraciæ: vergens, vel in Pontum Euxinum, juxta Solinum; vel in oram Mædonicam *Ægei* maris, juxta alios. Thracia frigida & nivosa est, propter altissimum montem Hæmum, quo dividitur.

I

68. *Ethio-*

- Nec si, cum moriens alta liber aere in ulmo,
 Æthiopum versemus oves sub sidere Cancrī.
 Omnia vincit amor; & nos cedamus amori.
 70 Hæc fat erit, Divæ, vestrum cecinisse poetam,
 Dum sedet, & gracili fuscillam texit hibico,
 Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
 Gallo, cujus amor tantum mihi crescit in horas,
 Quantum vere novo viridis se subjicit alnus.
 75 Surgamus: solet esse gravis cantantibus umbra:
 Juniperi gravis umbra: nocent & frugibus umbræ.
 Ire domum fatuæ, venit Hesperus, ite capellæ.

ne sic quidem, si pasceremus oves Æthiopum sub sidere Cancrī, cum intimus cortex exsecratus arefcit in ulmo excessa. Amor superat omnia; nos quoque cedamus amori. O Divæ Musæ, sufficet vestrum poetam cantavisse ista carmina, sedendo, & conficiendo calathum ex hibisco tenui: vos efficietis, ut ista videantur Gallo maxima: Gallo, erga quem amor meus tantum crescit singulis horis, quantum alnus vivens attollit se incunte vere. Surgamus: umbra solet esse noxia cantantibus; præsertimque noxia est umbra juniperi: umbræ quoque nocent frugibus. Ire, ite domum, o capellæ saturatæ, vesper imminet.

NOTÆ.

68. Æthiopum.) Æthiopia regio Africa vastissima, Ægypto finitima: quam Nilus quoque terere mediam, ut & Ægyptum, intollit. Vide Ecl. 1. 46. Alnus, alno, arbor aquosis locis gaudens.
 75. Gravis cantantibus umbra.) Imo gratissima: præcipue juniperi, ginepro, quæ arbor & odora est, & nihil venenatum patitur & adversus aeris vitia comburi solet. Sed significat diuturniorem in umbra moram nocere canentibus posse propter frigus. Unde quidam legunt *cunantibus*, non *cantantibus*. De Hespero, Ecl. 6. 86.

FINIS BUCOLICORUM.

ARGUMENTUM.

IN

GEORGICA.



GEORGICORUM nomen, a γεωργός agricola: hæc autem a γῆναι vel γῆναι terra & ἔργον opus. Traduntur hoc opere præcepta de agricultura, quatuor libris. I. De aratione. II. De plantatione. III. De pastione cultuque pecorum. IV. De apibus & mellatione. Eaque omnia nature accommodantur Italici soli, præsertimque Veneti, in quo Mantua fuit. Ducem in eo genere secutus est Virgilius Hesiodum Agræum ex Boœtia, de quo diximus Ecl. 6. 70. Cujus librum, inscriptum γεωργικά, opera & dies, longe & copia & elegantia

superavit. Capsum est opus anno circiter U. C. 717. Virgiliū 32. aut 33. & septennio perpositum.

Mæcenatē, cui Georgica inscripta sunt, primos in Octaviani gratia tenuit cum Agrippa gradus. Genere Tuscanus, ex antiquis Etruria regibus: quorum posterī, post multas gentis clades, Romanam in civitatem admittī, equestri dignitate vixerunt. Eruditos complexus est, imprimis Virgilium & Horatium; adæo parum cupidus, ut qui cæteris magistratibus imperabat, ipse equestri ordine, & urbis atque Italia præfectura contentus vixerit. Adhibitus ab Octaviano cum Agrippa in consilium de imperio deponendo, retinendum persuasit. Sella Epicureus fuit, in vestitu, incessu, suppellectili, conviviis, ipsaque dictione mollior ac remissior. Scripsit Prometheus & Octaviam tragedias, carminum libros decem, soluta oratione commentarios de rebus ab Augusto gestis, item de animalibus & gemmis dialogos; omnia perire. Deceste anno U. C. 746. C. Martii Censorino & C. Asinio Gallo Coss. Triplex est apud eruditos de ejus nomine controversia. I. Quodnam ipsius nomen fuerit? Lambinus in Vipsianam gentem inducit, sed eum confundit cum Agrippa, cujus certe gentile nomen hoc fuit: Paulus Manutius in Cinciam: Glandorpius in Heliam: Muretus in Aquiliam; omnes aut levibus aut falsis conjecturis. Maxima & optima pars, Turnebus, Lipsius, &c. in Cilniam, qua gens erat Ardentis urbis in Etruria. II. Unde cognomen Mæcenatis? Insulse deducit Bemannus ab ejus moribus, quod esset ut natus, non communis; aut ut natus, non novus: nam & Greci nunquam negativis nominibus utuntur, sed privativum præfixunt: & Varro l. 7. de L. L. a loco dicitur testatur. Est igitur a mediterraneo quodam Etrurie oppidulo, Cæsena vicino, qua in ora Plinius vina Cæstrensis simul & Mæcenatis commendat, lib. 24. 6. III. Quomodo prima & media cognominis syllaba pingenda sit? Certe media per e longum, quia Græce vulgo per a legitur. Prima vel per æ, vel ce: quia in veteribus cod. utroque modo reperitur; per æ frequentius. Igitur nomen integrum fuit, CAIUS CILNIUS MÆCENAS.